



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

IOANN. SLOT. GEF.
CAPVT. III.

Sacramen-
torū rectū
vsum non
esse apud
Luthera-
nos.

Porrò illi, qui neque sacraméta pa-
ria habent, neque ritus in admini-
stratione pares, quomodo rectum sacra-
mentorum vsum habere possunt? Tales
profectò sunt, qui hac nostra tempesta-
te, hæreticorum nomine censentur,
qui quædam sacramenta suscipiunt,
quædam verò reijciunt, & in illis sacra-
mentis quæ retinent, pares ritus nobis-
cum non habet. Nā omnes ritus (quos
Ecclesia non temerè, sed consultò adhi-
bet, tanquam viua quædam incitamen-
ta fidei & pietatis, ad formandam & re-
tinendam religionem necessaria, qui-
bus vulgus manu ducitur ad intelligen-
dum & retinendum mysterium Chri-
sti) tanquam inutiles & superuacanea
reiecerunt. Et quanquam sciamus abs-
que huiusmodi ceremonijs & ritibus
vera sacramenta (dummodo adsint ver-
bum & elementum, tanquā partes quæ-
dam substantiales, quibus sacramenta
consistunt) posse subsistere, quia tamen
eiusmodi ritus (qui tam ad decorem ho-
noremq; sacramenti, q̄ ad docendum &
deno-

DE
deno-
tur, ad
rum p
à patri
à prim
nos pe
abijci,
viris, s
pter n
nes ho
multa
quæ ill
rum v

Q
scriptis
demus.
lonica,
nat, dic
sacrame
re pone
nis. Qua
lim, nō
tria sign

DE RETI. FIDE ORTH. 68

denotandum quid in sacramento agatur, additi sunt) diuinorum mysteriorum pleni sunt, & magna cum ratione à patribus instituti, neque dubium sit, à primitiua & Apostolica Ecclesia ad nos peruenisse, impijssimè credimus abijci, quòd tot seculis, tot sanctissimis viris, sacrosanctum est habitum. Ea, propter nostri temporis hæretici, qui omnes hos ritus abijciunt & aspernantur, multa & graua committunt sacrilegia, quæ illis rectum adimunt sacramentorum vsum.

CAPVT III.

Quòd autem omnia sacramenta non recipiant, ex hæresiarchæ scriptis, quæ reliquit, euidenter ostendimus. Is enim in captiuitate sua Babylonica, sacramentorum numerum damnat, dicens: Neganda mihi sunt septem sacramenta, & tantùm tria pro tempore ponenda, baptismus, pœnitentia, panis. Quanquã si vfu scripturæ loqui velim, nõ nisi vnũ sacramentũ habeam, & tria signa sacramentalia. Hanc hæresiarchæ

Sacramenta omnia non recipiunt Luethani.

K a chg